



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio D. Johannis Eccij et P. Martini Luther in Studio
Lipsensi. futura**

**Eck, Johannes
Luther, Martin**

[Wittenberg], 1519

VD16 E 318

Contra Nouos & Veteres Errores defendet Martinus Luther has positio[n]es
seque[n]tes. In studio Lipsensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32397

Contra Nouos & Veteres Errores defendet
Martinus Luther has positiones sequentes, In studio Lipsensi.

- I Quotidie peccat omnis homo: sed & quotidie poenitet, docete Christo, poenitentiam agite. Excepto vno nouo quodam iusto, qui poenitentiam non indiget, cum etiam palmites fructiferos quotidie purget agricola celestis.
- II In bono peccare hominem, & peccatum veniale: non natura sua: sed dei misericordia solum esse tale: aut in puero post baptismum peccatum remanens, negare, hoc est Paulum & Christum semel conculcare.
- III Qui opus bonum aut penitentiam, a peccatorum detestatione, ante dilectionem iusticie incipit, nec in eo peccari, asserit, hunc inter pelagianos hereticos numeramus, sed & contra factum suum Aristotelem despere probamus.
- IIII Deus mutat poenam eternam in temporalem, scilicet Crucis portandam, cuius Canones aut sacerdotes: nec statuendae nec auferendae habent ullam potestatem, quam quod id ab adulatoribus noxijs seducti presumere possint.
- V Quilibet sacerdos debet absoluere poenitentem a poena & culpa: aut peccat, & quae peccat, superior placet, si occulta: sine causa referuat rationabilissima, quam quilibet usus Ecclesiae. id est adulatorum resistit.
- VI Forte satisfaciunt animae in purgatorio pro peccatis. Sed quod deus a morituro plus quam voluntariam mortem requirat, vanissima temeritate asseritur, quia nullis modis potest probari.
- VII Veritati & rationi contrarium est quidem, inuite morientes deficere in charitate, ideoque pati horrorem purgatorii, modo veritas & ratio sit idem, quod opinio Theologistarum.
- VIII Animas in purgatorio esse certas de salute sua: nec gratiam in eis augeri, scimus a theologis asseri, sed miramur doctissimos viros, quod huius fidei suae rationem: nec stulto verisimile reddere possunt.
- IX Meritum Christi esse thesaurum Ecclesiae, & sanctorum meritis iuari certum est. Esse autem thesaurum indulgentiarum: nemo nisi foedus adulatorum extrauagantes a veritate & fide: quaedam ecclesiae praxes aut usus simulant.
- X Dicere indulgentias esse bonum Christiano, est insanire, sunt enim verissime operis boni vitium, & imitari indulgentias, debet Christianus ob abusum, quia dominus dicit, propter me deleo iniustitias tuas, non propter pecunias,

- XI Papam posse remittere, omnē poenā p peccatis debitā huius
ius & futurę vitę, & q̄ indulgentię profint: nō criminosis,
somniaſe ſecure indoctiſſimi ſophiſtę, & peſiferi adulator-
res, nō tñ vel nutu poſſunt oſtendere.
- XII Romanā Eccleſiā eſſe omnibus alijs ſuperiorē, probatur ex
frigidiff: Ro. Pont: decretis, intra cccc, annos natis, contra
quę ſunt, hiftorię approbatę, Mc, annor, text⁹ ſcripturę di-
uinę, & decretum Niceni Concilij oīm ſacratiffimi,

Anno dñi, M. D. XIX,